

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

Sectio prima. Singula Origenis Syntagmata, quorum memoria superest,  
enumerantur

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

A tri se trifaria varietate compugnat.

X. Ceterum veri mihi videtur simillimum, Lucianum ipsum, & Hesychium cum *vulga* emendabant, ut Origenis imitabantur studium, ita emendationis rationem tenuisse, & obelis ac asteriscis *nominis* distinxisse, eique Theodotionis laciniias affuisse. Cum enim certum sit Ægyptum ac Syiam Hesychij & Luciani editionibus esse usas; nec minus certum sit quae iis in regionibus usurpabantur editiones *ibidem*, obelis fuisse & asteriscis signatas, plane hiuc efficitur Hesychij & Luciani editiones notatas fuisse obelis & asteriscis. Hieronymus in Proemio Comment. Daniel. *Se a Origenes de Theodotionis opere in Editione Vulgata asteriscos posuit, accens desuisse que addita sunt;* & rarus quædam versus obelis prænotavit, superflua queque desegnans. Cumque omnes Christi Ecclesia, tam Graecorum, quam Latinorum, Syrorumque, & Ægyptiorum, hanc sub asteriscis & obelis editionem legant, ignorant in eisdem labori meo, qui volui habere nosnos, quod Greci in Aquila, & Theodotionis, ac Symmachii editionibus lecebant: & in Epist. 89. ad Augustinum, cap. 6. *Vis amator esse verus Septuaginta Interpretum? non legas ea* quæ sub asteriscis sunt, *imprudente voluminibus, ut veterum te fautorum probes: quod si feceris, omnes Ecclesiarum Bibliothecas damnata cogeris;* vix enim unus aut alter inventus liber, qui ipsa non habeat. Quippe vix illa reperiatur erat Hieronymi atque exemplaria, quæ non vel ab Origene, vel à Luciano, vel ab Hesychio fuisse correcta. Cum itaque vulgata omnia exemplaria inscindens asterisci & obeli, nec illa sere essent in usu, quam quæ tres illi castigatores emendaverant, sequitur ita distinctos fuisse ipsorum Codices. Cujus discriminationis quoqnam assignare per est auctores, praterquam Lucianum ipsum, & Hesychium, quod ab Origene C primum fuerat inventum imitantes postmodum & excoletus? Quin & ad Editiones quoque Latinas pervenit ejusmodi *επιτελος*: nam Hieronymus in Epist. 89. ad Augustinum, cap. 6. *Latina sue ἡμέρα interpretationi asteriscos quoque & obelos sese addidisse restatur.*

Ex his porro Græcis editionibus, vel ea nempe quæ erat in Hexaplio, sive Eusebiana, vel Lucianea, vel Hesychiana, hodiernæ nostræ omnes videntur prodiisse: hac enim, ut ait Hieronymus, trifaria varietas totus orbis compugnabat; Vulgata vero omnium inquinatissima pene obsoleverat. Cum autem in Veteres illas magnam confitetur inventam esse confusionem ex librariorū oscitantia, dum vel obelorum & asteriscorum notationem negligunt, vel eos suis non adscribunt locis, negari non potest impuras esse recentiores Editiones *ibidem*, & vitiosas, ut pote qua ex antiquis illis prodierunt. Nam etiam profectæ D essent ab Hexaplio, in quibus scribit Hieronymus fuisse *septuaginta emendata & vera exemplaria*; *Hieron. in plaria;* additamente certe Theodotionis, quæ cum reliquo contextu, oblitteratis asteriscis, *Vulga. 58.* ad nos transmissa sunt, editionem adulterant & corrumptuunt.

## CAPUT TERTIVM.

## ORIGENIS SYNTAGMATA.

E *Capitis tertij partitio.*

**G**EMINA sectione absolvitur istud caput: Priore singula Origenis Syntagma, quorum memoria supereft, enumerantur: altera agitur de Origenis Syntagmatis quæ extant, deque verutis libri *επιτελος* interpretationibus.

## SECTIO PRIMA.

SINGULA ORIGENIS SYNTAGMATA, QVORVM MEMORIA  
SUPEREST, ENVMERANTVR.

I. Recensentur Origenis Syntagma ab Eusebio commemorata. II. Ex his aliqua ex-penduntur accuratius; ac primum libri De resurrectione, III. ep̄k̄p̄tēc, IV. De martyrio, V. Dialogi, VI. Epistole, VII. Interpretatio Ebracorum nominum Novi Testamenti, VIII. Liber De oratione, IX. Disputationes adversus Hereticos, in ijsque Parvus Labyrinthus. X. Queritur quid sint Origenis Monobiblia, & quid ipsius pro se Apologia à Vincentio Bello vacensi commemorata. XI. Pbilocaliam quoque in Origenianorum operum censu ponimus.

I. E VSEBIUS Origenis vitam libro sexto Historiae pertexens, plerasque ipsius scriptiones obiter commemorat, plures prætermittit, ut pote qui in tertio vite Pamphili libro singulas fuisset complexus. Nunc cum eo careamus libro, confugiamus ad ipsius Historiam, & quæ in ea laudantur Origenis Syntagma, eodem hi ordine recensemus. Primi occurunt Commentarij in veteres Philophos, quotum lucubrations non prælectionibus modo, sed scriptis etiam in gratiam discipulorum explicabat. Meminit eorum Eusebius libr. 6. Hist. cap. 18. Capite vero 24, duorum ejus De resurrectione librorum; tum operis *De resurrectione*, quatuor libris distincti; item *De resurrectione* numero decem; & capite 28, libri De martyrio, Ambrolio & Protocteto Cæfariensis Ecclesiæ Presbytero consecrati; & capite 33, Disputationum quas cum Berylo Bostrensi Origenes exerceuit; & capite 36, librorum octo contra Celsum; & capite 39, Sermonum quorundam iiii utilium, quibus in tormentis pro Christi fide toleratis consolatione opus esset; & passim, Epistoliarum. Hæc de Origenis Syntagma Eusebius, quæ in anteceßum proposuimus, fidelissimum hunc Origenianarum rerum narratorem præ ceteris pro more nostro consulentes.

II. Nunc retrahemus ex his aliqua, & paulo accuratius expendamus. Duo duntaxa De resurrectione libri ab Eusebio commemorantur. At Hieronymus apud Rufinum libr. 2. Inveft. scriptis narrat Origenem *De resurrectione* libros duos, & alios *De resurrectione* Dialogos duos. Idem Hieronymus Epif. 61. ad Pammach. cap. 8. citat librum ejusdem operis quartum. Atque hos libros Methodius ejusdem tituli opere confutavit.

III. Libros *De resurrectione* Origenes elimavit ad Clementis exemplum, à quo paris argumenti & inscriptionis lucubrations hodie superstitives elaborate sunt. Hieronymus Epif. 84. quæ est ad Magnum Oratorem Romanum: *Clementis Alexandrine Ecclesiæ Presbyter*, meo judicio omnium eruditissimus, oīto scripti Stromatum libros, & tōidem *Stromatum*, & alium contra Gentes; *Pedagogi* quoque tria volumina. Quid in illis indoctum? quid non è media Philosophia est? Hunc imitatus Origenes decem scripsi, sive Stromateas, Christianoram & philosophorum inter se sententias comparans, & omnia nostra religiosa doctrina de Platone, & aristotele, Nomenio, Cornutoque confirmans. Hunc ipsum Hieronymum aliquibi dicere ait Rufinus, *Confederatos esse quidam Origeni ad perjurium, & istud mystice ejus traditionis arcanum absconditum esse in sexto Stromatum libro*; nec ab ullo alio in tota facula, nisi à se solo deprehensum. In Proœmio vero Commentar. in Epif. ad Galat. Origenem scribit decimum Stromateon suorum librum Commatico super explanatione Epif. ad Galatas sermone complevisse: & in caput 13. Daniel. quedam ait ipsum in codem Stromateon libro de Sussannæ & Belis fabulis dixisse. Quinetiam in Epif. 65. ad Pammach. & Ocean. cap. 2. neminem Latinorum affirmat ante suam etatem libros Origenis De resurrectione, *De resurrectione*, Stromateas, & Tomos transferre voluisse, propter novitatem scilicet doctrinæ. Quoniam igitur ad Stromateon Clementis exemplum suos compuerat Origenes, ut accuratius perspectum habere possis quo illi in argumendo versati, qua arte conditi sint, lego Eusebiana Historia libri sexti caput decimum tertium, ubi de hac Clementis scriptione differunt.

IV. Quod attinet ad librum De martyrio, de eo ita commemoravit Hieronymus, his E scriptis. Eccles. cap. 67. verbis: *A. brosus confessionis Dominica gloria insignis fuit, cui Theocrito Presbytero liber Origeni De martyrio* scribitur. Legendum omnino: *cui, & Theocrito*. Id si vidisset Interpres Gracus, absurdam hanc nobis interpretationem neutquam dedisset: *nunc Stoletius preservavit* *Et hoc a. epiph. dei p̄p̄tua. 2001.*\* Videtur legisse: *Cui Theocrito Presbyteri liber, &c.* Theocritus nominat Hieronymus, qui ab Eusebio Protoctetus appellatur. Theocritus Cæfariensis fuit Episcopus; Protoctetus ejusdem Ecclesiæ Presbyter: perperam eos confundit Hieronymus. Protocteto, non Theocrito inscriptus est liber iste, ut ostendit ejus exemplar nondum editum, quod penes me est. Ejusdem argumenti Epif. ad Patrem martyrio destinatum scriperat Adamantius etiamnum puer; cuius Epif. verba quædam repetit Eusebius libr. 6. Hist. cap. 2.

V. Acta Concertationis Origeni cum Berylo habitæ eadem fuisse arbitror atque Diologum utriusque, quo hæreses Beryllus coarguitur. Hunc atque sua extitisse scribit Hieronymus libr. De scriptor. Eccles. cap. 71. Prater hunc Dialogum, alios quoque literis Origenes mandasse fecit. Rufinus in libello De adulteratione libror. Orig. quedam ab eo conscriptum, & à Candido Hæretico quicunq; habitus fuerat, adulteratum commemorat. Circumferebatur ille Hieronymi temporibus, in eoque Origenes, & Candidus Valentianus defensor hæreses inter alia disputabant, Filiusne esset de Patris substantia, & utrum Diabolus ejus esset natura, que salutem adipisci non posset. Africanus Origenis æqualis & amicus initio Epif. 67. quæ ipsius sententiam de Sussannæ historia rogavit, laudat Dialogum ejus ad Agnomonem, in quo partem illam libri Danielis in testimonium adduxerat,

## LIBER TERTIVS.

265

A duxerat, quæ Susanna casum narrat. Extat denique Dialogus De recta in Deum fide, qui & contra Marcionitas inscribitur; sed spurius, & suppositius, ut infra demonstrabimus.

V. Epistolas Origenis quotquot erat nactas, à se fuisse collectas, & in propriis libros digestas tradit Eusebius; numero autem fuisse illas plusquam centum. Confidentissimus <sup>Euseb. libr.</sup>  
 quippe literarum Origenes fuit. Librum collectionis hujus quartum citat Rufinus in libel.<sup>6. His. cap. 36.</sup>  
 lo De adulterat. liber. Orig. Ex hoc Epistolarum Syntagma istas ab Eusebio commemo-<sup>Euseb. libr.</sup>  
 ratas reperio: prima est ad Leonidem martyrio proximum: alteram scripsit Origenes ad  
 versus eos qui suum in literas humaniores studium criminabantur: proxima diversatum  
 Epistolarum commemoratio est, in quibus indicatur Persecutionis sexta tempus, quarum  
 tamen inscriptiones & titulos sigillatim Eusebius non persequitur; tum mentio fit Episto-<sup>6. His. cap. 39.</sup>  
 la ad Africam de Susanna historia: laudatur deinde Epistola ad Philippum Imperato-<sup>cap. 36.</sup>  
 rem, alia ad conjugem ipsius Severam, alia ad Fabianum Papam, aliae ad alios complures  
 Episcopos, quibus fidei profeccio continebatur; & diversæ denique distincte non notatae:  
 postmodum plurimæ citantur Epistolas, que declarabant quam utilis iis sermones reli-<sup>cap. 39.</sup>  
 quisset, qui solatio in cruciatus indigebant. Hæc Eusebius. Testatur Hieronymus sua  
 atque superfluisse Origenis Epistolas ad Philippum, ipsiusque matrem; cum Eusebius è quo <sup>Hieron. lib.</sup>  
 hunc librum Hieronymus consarcinavit, habeat, <sup>De script.</sup> *τὸν γαμελιὸν, conjugem ipsius.* Idem <sup>Eod. c. 65.</sup>  
 scribit de literis Origenis ad Beryllum Bostrensem Episcopum Hieronymus. Rufinus quo-<sup>Hier. ibid.</sup>  
 que in libello De adulter. libr. Origen. testimonii utitur ex Epistola ab Origene ad ami-<sup>cap. 71.</sup>  
 cos quoddam suos Alexandrinos scripta: & alteram laudat præterea ejusdem argumenti.

C Epistola ejusdem ad Gregorium Thaumaturgum decimum tertium Philocalia caput con-  
 tinetur. Partem denique Epistola cuiusdam Adamantij proferunt Cedrenus, & Suidas.

VII. Aliarum præterea quarundam scriptiorum Origenis mentionem apud Veteres  
 invenio. Philo Iudeus ediderat librum Ebraicorum nominum Veteris Testamenti, co-  
 rumque etymologias & interpretationes adjecterat: quem librum Latina oratione Hiero-  
 nymus expreflit. Quod in Testamento Veteri fecerat Philo, idem in Novo factitavit Ori-  
 genes, suumque opus ad opus Philonis adjunxit; in eoque Hieronymum imitatorem ha-  
 buit: cujus verba hæc sunt in Praefat. ad librum Ebraic. nomin. *Si ne forte consummato adi-  
 ficio quasi extrema defesset manus, Novi Testamenti verba & nomina interpretatus sum, imitari volens  
 ex parte Origenem, quem post Apostolos Ecclesiarum magistrum nemo nisi impensis negat. Inter cetera  
 enim ingenij sui præclara monumenta etiam in hoc laboravit, ut quod Philo quasi Iudeus onisserat, hic  
 ut Christianus impleret. Libri ejusdem meminit Auctor Quæstionum ad Orthodoxos, quia falsi  
 tribuitur Iustino, Quæst. 82, & 86. in eoque præter Ebraica nomina, mensuras etiam  
 interpretatas esse docet. Videat ergo Rufinus qua fide scripsit Invect. 2. in Hieronym. ne  
 unum guidem Scriptura verbum Origenem vertisse.*

VIII. Librum De oratione emisisse Origenem memoria prodidit Pamphilus in Apo-  
 logico: Denique, inquit, in tam multis, & tam diversis eius (Origenis) libris usquam omnino  
 inventur unus ab eo liber proprie De anima conscriptus, sicut habet vel De martyrio, vel De oratione,  
 vel De resurrectione. Quo licet careremus testimonio, ipsum opus quod ad hanc diem su-  
 perteft, per se innoscerebet.

E IX. Theodorus in libris Hæreticarum Fabularum Origenem saepè allegat, & libros  
 ipsius in testimoniū adducit. Libro quidem priore, cap. 2, scripsisse eum ait adversus  
 Menandrum Hæreticum; & capite 4, adversus Basiliudem & Isidorum; & capite 7, adver-  
 sus Helcesitatis; & capite 19, adversus Hermogenem & Valentiniū; & capite 21, adver-  
 sus Severum; & capite 25, adversus Apellem: & libro 2, capite 2, adversus harefim Na-  
 zariorum: & libro 3, capite 1, adversus Nicolaitas. Libro vero secundo, capite 5, tradit  
 Origeni tribuere nonnullos Parvum Labyrinthum, qui liber adversus Theodotum Hæ-  
 reticum scriptus est. Nicephorus quoque libro 10. cap. 36, Origenem testatur scriptis libel-  
 lis luculentē refellisse Marcellum Galatam, & Porphyrium; usque libris id assequi cona-  
 tum esse, ut obscuri & intricati Scripturæ loci, quibus abuti solebant Hæretici, ad verum  
 sensum deflesterentur. Non equidem crediderim totidem libros confutandis Hæreticis  
 emisisse Origenem, quot Hæreticos ab eo confutatos narrat Theodorus; sed plurimos  
 ex illis in alterius argumenti scriptioribus obiter ab Origeni perfrictis existimo; quem-  
 admodum Heraclonem in Commentariis in Iohannem saepè ab eo fugillatum videmus,  
 & ubique fere Valentiniū, Basiliudem, & Marcionem. At aliquos tamen adversus Hæreti-  
 cos & Ethnicos quosdam ex instituto edidisse certum est; qualis est liber contra Celsum;  
 qualis fuit Parvus ille Labyrinthus adversus Theodotum, si modo Origenem auctorem  
 habuit; qualis fuit Lucubratio adversus Helcesitatis, quos peculiari opere convictos fuisse  
 verisimile est.

X. Hieronymus apud Rufinum Invect. 2. indicem librorum Origenis pertexens, sic  
 differit: *Vultis noscere quanta ingenij sui reliquerit monumenta? Sequens titulus ostendit: Scriptis in*

*Genesim libros tredecim: mysticarum Homiliarum libros duos: in Exodus Excerpta: in Leviticus Excerpta: A ijs Monobiblia. & ijs libris quatuor, De resurrectione libros duos, & alios De resurrectione Dialogos duos.* Quid sint Monobiblia incertum est. Fortasse non peculiare aliquod Origenis opus hoc nomine signatur, sed ea ejus Opuscula, qua nos Syntagma appellazione complectimur. Cum enim Exegetica enumerasset Hieronymus, tum in unam classem Syntagma conjicit, ad eaque tuo ordine percensenda accedens, item inquit, *scriptus Monobiblia, & ijs libris duos, &c.* quasi dixisset: Item sequentia scripsit Syntagma (qua & Opuscula deinde Rufinus appellat) nempe libros & ijs libris, &c. Atque hac, quod non aliorum librorum causa essent elaborata, nec alijs adjungenda essent libris, cujusmodi erant Exegetica; sed proprio continerentur argumento, & circa peculiarem sibi materiem verarentur, idcirco Monobiblia appellata sunt. Sed hæc pro conjectura haberi volo.

Ad postremum Vincentius Bellovacensis Speculi doctrinalis libr. 18. cap. 43, Origenis lucubrations que ad sua pervenerant tempora enumerans, sic auctoritate: *Apologia pro se, tractatus 1.* Doctrina quidem sua defensionem ad Fabianum Papam misisse Origenem supra notavimus: an ea his significetur Vincentij verbis, an aliud quippiam opus Lector perspicax arbitretur.

XI. Minime vero in hunc censum conferenda videretur esse Philocalia, ut quæ à Basilio & Gregorio Theologo consuta & consarcinata sit. Quoniam tamen ex Adamantij pannis tota contexta est, & ex ventilatis supra Origenis Operibus fere detraicta sunt fragmenta quibus illa conitat; ideo non pro diverso aliquo opere habenda est, sed pro Origeniano tantum centone, in quo Origeniana omnia sunt præter contextum: proptereaque in hanc seriem à nobis admittetur.

#### S E C T I O S E C V N D A.

#### D E O R I G E N I S S Y N T A G M A T I S Q VÆ S V P E R S V N T, D E Q V E V E T U S T I S L I B R O R V M & ijs interpretationibus.

I. *Agitur de libris De resurrectione, II. & ijs, corumque vetustis interpretationibus, III. apologeticis, IV. Protreptico ad martyrium, V. libris contra Celsum, VI. Epistolis, VII. libro De Oratione, VIII. & Philocalia.*

I. **E**X enumeratis proxime Adamantij Syntagmatis fere omnibus, vel toti libri, vel insignia fragmента, vel particularia aliqua ad nostra tempora pervenerunt. E libris quidem De resurrectione primo & secundo fragmenta aliquot deponit Pamphilus in Apologeticis, ad septimam depellendam criminationem, qua de resurrectione male sensisse Origenes dicebatur. Ex eodem quoque Opere, capituli decimi libri secundum lib. 1. *De principiis*, di ijs libris, fatente ipso Origene, pars aliqua translata est.

II. Baronius libros & ijs ad exemplum Longini elaboratos ab Origene suspicatur. Longinum siquidem huius tituli librum scripsisse refert Porphyrius in Vita Plotini. Si quis è contrario Longinum affirmeret operis sui argumentum ab Origene summisse, à vero longius non abibit; aque enim utrumque incertum est. Libri inscriptionem parum afferuntur nisi Rufinus, qui in Prologo ad libros & ijs reddi eam posse dicit *De principiis*. vel *De potestibus*. **Q**uis vero non intelligit Christianæ religionis, ac vera Philosophiae clementia hoc libro tradere propositum Origeni fuisse? Quamobrem revera sunt, ut subiicit Rufinus, & obscurissimi, & difficillimi. Addere poterat; erroribus quoque, & *litteris grecis* semimbris refertissimi: in iis quippe præcipua dogmatum suorum fundamenta Origenes posuit. Quocirca Didymus brevibus eos illustravit commentariolis, Rufinus vero Romaña loquela exposuit. Verum ut errorum suorum capita in hac lucubratione conclutus Origenes, ita in eadem malæ suæ & fluxæ penitus in interpretando fidei egregium specimen edere velle visus est Rufinus: sic enim fatur in Prologo: *Si ubi ergo non in libris eius (ijs)* aliquid circa id invenimus, quod ab ipso in ceteris locis pie de Trinitate fuerat definitum, velat adulteratum hoc & alienum, aut pectenissimum, aut secundum eam regulam prouulsum, quam ab ipso frequenter invenimus affirmatam. *Si qua sane velut peritis jam & scientibus loquens*, dum breviter transire vult, obscurius protulit; nos ut manifestior fieret locus, ea que de ipsa re in aliis eius libris appetius legeramus, adiecimus explanationi studentes: nihil tamquam diximus, sed licet in aliis locis dicta, tamen sua sibi redidimus. Qui licet suam voluisse celare perfidiam, facile illa fese prodidisset. Ex eo quippe libro multa in Apologeticum transtulit Pamphilus, qua in Rufiniana interpretatione desiderantur: velut in eo capite, ubi agitur *De coeteritate Filii Dei, & impenitabilitate eius à Patre*, recitatitur testimonium istud ē libro primo: *Videamus ergo quid sit Salvator*.